



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pe pagomenus>

Lvtetiae, 1612

xxvij. Aridum medicamentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Aridum medicamentum.

PEDICVLARIÆ granum vnum. piperis grana septem. costi foliorum, spicæ nardi. singulorum siliquas duas. castorij siliquam, contundito, cibrato, hisque fccis palatum illius illinito.

Remedium ad destillationem.

VRTICÆ grana quindecim bene con- trita, dato cum carne edenda in tres partes diuisa. Si seminis vrticæ facultas non sit, rheoponticum tritum cum carne simi- liter accipitri edendum præbeto.

Vt pituita capit is subsistat.

SALEM Cappadocum, oleum omphaci- num, oui album liquorem, æquis pon- deribus, & mellis quod tatis sit, in vas ad- iicias, simul misceas, & cum carne acci- pitri edenda præbeas.

Medicamentum, quod omni tempore tuetur contra omnem morbum accipitres, et quod omnem liquorem ex capite detrabit: purgat etiam defluxum in oculos; cuius compositio hac est.

PIPERIS semissem, lazeris obolum, zin- ziberis, rutæ aridæ singulos textantes.

E